

dumtaxat principes et potestates seculares in talibus delinquerent
et non principes atque prelati ecclesiastici forent^o eisdem in huiusmodi
excessibus et impietatibus¹ manifeste in² scandalum et exemplum!

Hist. imp. Col.

His⁴ autem temporibus lamentabilis et magnarum rerum
discordia inter Johannem ducem Brabancie memoratum et Reginal-
dum comitem Felicie extitit⁵ suscitata propter videlicet ducatum
Lymburgensem. In quo quidem ducatu dictus comes ratione⁶ uxoris
sue sibi⁷ usufructum vendicabat⁸ ducem videlicet Lymburgensi
abque liberis tunc defuncto. Sed ipse⁹ dux Brabancie iura succe-
ssionis in ipso ducatu ab Adolpho comite de Monte proximo quidem
de consanguinitate¹⁰ ducis defuncti sibi¹¹ perunius comparavit.
Igitur dux Brabancie memoratus prefatum comitem de Monte,
Walramum comitem de Monte Juliacensem cum fratre suo Ge-
rardo^{domino} de Castre¹², Everardum comitem de Marka¹³, Heinricum
de Wyndeke¹⁴ fratrem dicti comitis de Monte, et civitatem Co-
loniensem cum multis potentibus atque nobilibus sibi¹⁵ federavit.¹⁶
Ex adverso¹⁷ dictus comes Felicie¹⁸ dominum Lyfridum archiepis-
copum Coloniensem, Heinricum comitem de Lutzelinburch¹⁹ et²⁰
Walramum fratrem eiusdem, Walramum²¹ dominum de Valkenburch,
Johannem dominum de Lymburgh²² et Heinricum dominum
de Westerburch²³ cum multis aliis potentibus²⁴ atque nobilibus
sibi²⁵ in auxilium acquisivit. Cum autem²⁶ varios bellorum even-
tus experirentur hinc inde nunc istis nunc illis superioribus
existentibus ad ultimum ipse dux Brabancie cum suis confede-
ratis episcopatum Coloniensem potenter ingressus cuncta in
circuitu devastans castrum Worinck²⁷ quod dictus²⁸ archiepiscopus
ibidem construxerat ad munimen Coloniensis ecclesie praesertim
+ add. § 6: fratrem archiepiscopi.

et for. ecc. 2. p/ et imp. deest 2. q/ in deest 3. p/ illis 2. s/ extitit deest 3. h/ nomine 2.
u/ sibi deest 3. v/ vindic. 2. u/ ipse deest 3. x/ sanguinitate 4.4.4. q/ castre 4.4.4. r/ Marka 1.
a/ Wyndeke 3. b/ cum - federavit des. 3. c/ vero add. 1. d/ Reynaldus add. 4.4.4. e/ Lutzelinburgh 1.
Lutzelinburch 3. Lutzelinburch 4.4.4. f/ et deest 3. g/ fr. ei. Walr. deest 3. h/ Lymburg 1.
i/ Westerburch 1. k/ militibus add. 3. l/ argues. 3. m/ Worinck 1. Worinck 3. n/ dictus deest 3.